



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Formulæ orationis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

CAPUT XVII.

Formulae Orationis.

Tres esse methodos, quas observare quis potest in eliciendis affectibus in oratione, superius annotavimus. Prima est, ut singulas considerationes immediatè sequantur affectus. Secunda, ut omnes considerationes præmittantur, antequam ullus affectus eliciatur. Tertia, ut affectus considerationibus permisceantur. Ea de causa videri cui posset necessarium, ut hic triplicis generis meditandi formulas adjiceremus secundùm istam triplicem methodum: at duo nobis genera sufficient, quia unum servare potest pro primo ac secundo modo, ut suo loco ostensuri sumus.

Peccatum vero materiam nobis & argumentum suppeditabit, de quo quatuor instituemus considerationes, quæ constituent quatuor puncta meditationis.

FORMULA PRIMA.

*In qua singulas considerationes
convenientes consequuntur
affectus.*

Directio,

*Actus hu-
militatis.*

Ante divinam Majestatem tuam Domine hic me sisto, de peccatis meis tecum collocuturus. Novi equidem atque omnino con-